

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio ag  
cum fonte primo

Tribus modis nos conditor interrogare  
consuevit cum aut flagelli districtione  
nos percutit et quanta nobis insit uel  
desit paciencia ostendit,  
aut que uolumus nobis precipit et  
nostram nobis obedienciam

patefacit, aut aliqua nobis occulta aperit  
et aliqua abscondit et mensuram nobis  
nostre humilitatis innotescit.

Gregorius in moralibus.

Tribus modis nos conditor interrogare  
consuevit, cum aut flagelli districtione  
nos percutit, et quanta nobis insit, uel  
desit patientia ostendit;  
aut quaedam quae nolumus praecipit et  
nostram nobis oboedientiam  
uel inoboedientiam  
patefacit; aut aliqua nobis occulta aperit,  
et aliqua abscondit, et mensuram nobis  
nostrae humilitatis innotescit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 28, 4  
(CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1403,  
ll.1-7).